

1570. à 20. Jbris. Ex ms. Bibl. Latus: no 244

Sigismundus Augustus Rex Polonia  
Joanni Friderico Duci Pomerania

69  
Cum tabellarium et literas ad Commis:  
sarios nros mitteremus prætermittere  
noluimus, quin pro nostra erga Illrtem  
vram benevolentia nostras quoq; ad ean:  
dem literas daremus, et nostrum amo:  
rem, quo sumus in Illrtem vram eximio  
et singulari, hac etiam in parte conte:  
staremur. Quemadmodum autem maxi:  
mopere optamus pro nostro in Rempu:  
blicam Christianam studio, pacem et tran:  
quillitatem regere inter omnes quidem  
Christianos principes, sed præcipue in:  
ter eos quos nobis vel federa, vel neces:  
sitas devinxit: ita omni opera nostra ad:  
nitimur, ut inter Srmos Danie ac  
Suecia reges pax certa firmetur, et ami:  
citia stabiliatur. Atq; etiam ea ratione  
maxime vellemus eas controversias que:  
cumq; nobis cum Srms istis Regibus  
intercedunt amice consopiri, ac compo:  
ni. Quæ quidem sunt hujusmodi, ut ni:  
si brevi aliquo tempore componantur  
gravem aliquam calamitatem, et finiti:  
mis omnibus Regnis, et Illrtis vestre  
ditionibus allaturæ esse videantur, ac  
etsi in ijs sapiendis non multum nos  
difficultatis habituros existimemus,  
propterea quod non diffidamus, utrasq;  
Srta illorum sua sponte amicitie mu:  
tue



mutua nr̄a concessuros esse, quod ipsi  
æquitati daturi essent: tamen si res ali-  
ter, quam speramus eveniret, cum ce-  
terorum commissariorum, Sacra Cesarea  
m̄tis consanguinei nr̄i charissimi, tum  
Illr̄tis vr̄e imprimis opera uti conti-  
nuimus. Hoc vero munus Illr̄tem ve-  
stram cum primum per literas Cesarea  
m̄tis fuerit commonefacta in se non  
gravate suscepturam esse, multe et  
necessarie sunt causa, cur nobis per-  
suadeamus. In primis tamen nobis spes  
fuit, tum mutua necessitudo, et ami-  
cilia nostra, tum Illr̄tis vr̄e in rem-  
publicam Christianam studium, tum deniq̄  
communium periculorum cogitatio, in  
qua Illr̄tem vr̄am propterea versari  
necesse est, quod ea pericula, ex Dis-  
cis nostris, cum predictis Regibus ori-  
ta, non magis nobis, quam Illr̄tis  
vestre ditionibus impendent. Quam-  
obrem his causis adducti, non dubi-  
tamus Illr̄tem vr̄am id muneri, et non  
gravate suscepturam, et pro bono com-  
muni et utilitate publica, ad debitum  
et laudabilem finem perducturam  
esse. Quod reliquum est, cupimus Illu-  
stritatem vestram bene feliciter  
valere. Datum Varschavie 20. Se-  
ptembris. 1570. Regni vero nostri  
quadragésimo primo.

2. *Yosdamy lesavstiamy charyj posrednaryje, aby międry nami  
a Krolew Junskim i Szwedz; ustalę wrocllę napowozumienca.*